



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

§. 2. Sanctissima Virgo vestit magnificè filios suos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

ad nutriendum opipatè infantiam vestram. Venite & videte, an verum sit, quòd ubera mea pro vobis meliora sint vino.

*Sanctissima Virgo prae-
bet ubera
suo sancto
lactenti.*

Desideras aliquid magis luculentum, ad ostendendum tibi, Sanctissimam Virginem esse veram Matrem, quae proprio lacte suos nutrit filios. Refert Baronius ad annum millesimum vigesimum octavum, quòd sanctus Fulbertus Episcopus Carnotensis, totus devotioni Sanctissimae Virginis addictus, qui pulcherrimum librum ad ipsius gloriam exaratum nobis reliquit, & Ecclesiam honori ipsius aedificavit, acceperit ab ipsa, velut pro quadam remuneratione, singularitatem omninò hunc favorem. Apparuit nimirum illi in summis morbi angustijs, & periculo mor-

tis constituto, cùmque ipsi sua prae-
buisset ubera ad sugendum ex ijs
lac, mox sanitati restitutus fuit,
& insuper locupletatus dono Pro-
phetiae.

Plerique Auctores, qui com-
mendarunt fastis vitam devotissi-
mi & doctissimi Patris sancti Ber-
nardi, concorditer referunt, quòd
Sanctissima Virgo ipsamet expref-
ferit lac è Virgineis suis uberibus;
idèque ipsius instillayerit ori; &
plures asserunt, quòd saepius in vi-
tâ suâ à divinâ hâc Matre, singu-
larem hunc receperit favorem;
quòdque propterea videatur divi-
na gratia ita obsedisse ipsius labia,
ut nihil nec dicat, nec scribar, quod
caeli sapore, & paradisi un-
ctione non demulcet
animas.

§. II.

Sanctissima Virgo vestit magnificè filios suos.

*Sanctissima Virgo de-
erat videre
os dignè
Commutat
anter.*

SECUNDUM Matrem erga filios suos est munus, illos vestire. Tota Ecclesia credit ex piâ traditione, quòd Sanctissima Virgo consecerit proprijs suis manibus omnia vestimenta, quae adorandus ipse portavit Filius, non tantùm suae tempore infantiae, sed etiam per totam vitam suam; & præcipuè tunicam illam inconsuetam, cujus fit mentio in enarratione Passionis ipsius. Et Historia Ecclesiastica nobis ingentem Exemplorum refert copiam, qui-

bus ostenditur, quàm sollicitè pluribus sibi speciali devotione addictis & singulariter à se filiorum more dilectis, suppeditaverit vestimenta.

Ipsa proprijs suis manibus dedit S. Ildephonso charissimorum filiorum suorum non minimo, casulam quandam pretiosissimam, quae usus est ad conficienda sacra Mysteria in præcipuis solemnitatibus.

Eundem favorem exhibuit sancto Bonito, Episcopo Claremon-

tio in Arverniâ, qui Episcopus salutatus est adhuc in utero Matris suæ à Sacerdote quodam, cui nomen Phrygio, quique ab infantiâ suâ semper devotissimus extitit Virgini Sanctissimæ: Hæc similiter manu suâ impetrata est illi pretiosam quandam vestem, quam Civitas Clarimontis conservat hodie dum velut insignissimum cœli donum, quàmque omnes, qui aspiciunt, admirantur quin huculque aliquis cognoscere potuerit, nec ex quâ materiâ, nec quâ ratione sit confecta; ipsius subtilitas, ipsiusque levitas excedit omne, quidquid expertissimi artifices possent unquam conficere.

Velut certum quòque habetur, ipsam Sancto Norberto contulisse Habitum Ordinis sui Præmonstratensis, cujus Fundatorem effecit ipsum Deus mediante potentissimâ illius intercessione. Et Ordini Carmelitarum sacrum communicavit scapulare, cujus Confraternitas tam celebris est in Ecclesiâ, tantis stabilita miraculis, tantis locupletata Indulgentijs, tantisque, confirmata sumorum Pontificum Bullis, Annales referunt, Beato Simoni Stock tunc totius Ordinis Carmelitarum Generali collatum id esse ab ipsâ circa annum 1245. suavissimis hæc illum verbis alloquente: *Accipe, dilectissime, hoc tui Ordinis scapulare, mea Confraternitatis signum, tibi & omnibus Carmelitis privilegium.*

Et quantos alios videre est Ordines Religiosos, qui glorientur accepisse se vel suos Habitum, vel sua nomina, vel utrumque simul à Sanctissimâ Virgine. Post Ordinem Montis Carmeli est ille Redemptionis Captivorum; ille, quem nuncupant, Servitarum, ille montis Oliveti; ille Conceptionis Immaculatæ; ille Annuntiarum; ille Visitationis, tantisque alijs.

* * *

§. III.

Sanctissima Virgo instruit mirificè suos filios.

Ipsa complectitur sinu suo illum, in quo inclusi sunt omnes thesauri Scientiæ & Sapientiæ DEI: An dubitari possit, quin abundanter ex ijs communicet omnibus suis filijs? Ipsa portat in manibus suis illum, qui lumen est mundi; Ipsa depingitur à Sancto Joanne in Apocalypsi tota amicta sole; ha-

Apoc. 12.

bens lunam sub pedibus suis, gestansque in capite contextam è stellis duodenis coronam. Hac super te devotissimus Pater, Sanctus Bernardus pulcherrimè discurret ita: *Iure MARIA sole perhibetur amicta, que profundissimam divinam sapiëntiam, ultra, quàm credi valeat, penetravit abyssum.*

Nobis